



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

4. An cognitio quantitatis munera largiendi spectet etiam ad Capitulum generale, vel ad eosdem Conventus, & Superiores spectare, & eorum arbitrio relinqu quantitatem donilargeindi? Ex p. 1. t. 6. ...
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](#)

Tractatus Tertius.

250

fundam. 5. n. 34. vbi sic affirmit: *El obviar los grandes daños, que se siguen de la dissipación del patrimonio de Cristo, y el soborno para alcanzar Oficios, y Dignidades, son razones fundamentales de esta ley. De lo qual se sigue, que no habló propriamente Fray Hieronymo à sorbo en señalar por primera razón fundamentab, la observancia regular porque ésta no es causa proxima, sino comun, de todo quanto se manda a los Religiosos: y mucho menos, exponer por secunda razon, la guarda del voto de la probreza indeterminadamente, sino entienda del abuso notable cerca de este voto, ó del quebrantamiento del en cosa gravae: porque la Constitución no usa de este termino, voto de pobreza, ni se hallara en toda ella, y no quebrantandole de una de las maneras dichas, no se siguen grandes daños, y incommodo, como la ley declara; y de señalar por causa fundamental, la guarda del voto de la pobreza indeterminadamente, como este Author hace, podrían nacer muchos escrupulos, y inconvenientes. Ita ille.*

3. Non recte igitur DD. citati adduxerunt quatuor causas finium huius Constitutionis; duas enim esse dicendum est; nempe, ne bona Monasterij dilapidentur, & ne detur ambitionis occasio: quod summoper notandum est: nam ex isto principio multæ dubitationes benignè resoluenda sunt. Vnde non bene aliqui hanc posteriorē sententiam olim noblebant admittere: est enim probabilissima, & illam præter DD. citatos tenet etiam multi Viri doctimi: de hac re à me consulti, tam ex Societate IESV, & ex Dominicanorum Familia, quam ex nostra Religione.

R E S O L . III.

An in ista Bulla Summus Pontifex considerit nouum ius circa largitiones munierum Religiosorum? Ex part. 1. tr. 6. Ref. 2.

Sup. hoc in. §. 1. **E**x resolutione huius questionis pendet defra in Ref. 12. recitat in §. viii. **X**cisio multorum causum: id est affero, præter nouam formam circa causæ approbationem, Summum Pontificem non concedere nouum ius in hac Bulla. Ita Soula in explicita, huius Bullæ fundam. 1. n. 8. ¶ §. 3. n. 72. Ortiz in summe. c. 5. n. 10. Ioan. Valerus in suis differ. viri, que fori, verb. munera, n. 1. vbi sic sit: [Hæc Constitution non est edita ad nouam disciplinam, nouisque Religioni obligationem imponendam, vel ad nouum ius introducendum.] Et n. 21. [Apparet, hanc Constitutionem non esse iurius noui introductiuam, sed reformatiuam, & iuriis communis restituam, & eideni conformem. Quare, quidquid ante hanc Constitutionem licebat, & dari iustè poterat, & nunc licet, & dari potest: quidquid nunc non licet, nec ante licebat.] Idem etiam affirmit n. 37. & n. 58. Idem docet Ioan. de la Cruz de statu Relig. lib. 1. c. 3. dub. 1. concl. 3. vbi sic affirmit: [Clemens VIII. in sua Bulla multa vetat Religiosis circa largitionem munierum, quæ tamen omnia, exceptis prenis ibi impositis, continentur in iure communi antiquo.] Sic ille. Ita etiam docet Patilinus Berti in explicita, huius Bullæ, part. 2. cap. 3. in fine fol. 418. col. 1.

Sup. hoc leg. Ref. 1. 2. Solùm igitur, vt dixi, Pontifex in hac Constitutione inducit nouam formam circa causæ approbationem. Itaque cognitione, & determinatio, quæ sit iusta causa ad munus aliquod largiendum per Religiolum Superiorem, vel inferiorem, sive per aliquem conuentum, solum spectat, & reseruantur hodie per hanc Bullam generali Capitulo. Vnde colligitur, Generalem, licet habuerit à Capitulo generali

omnem potestatem Capituli generalis intra annum, seu annos; non posse le intromittere in cognitio- nem, & determinationem, quæ sit iusta causa ad munus aliquod largiendum, in caufo aliquo occurrenti.

3. Ex his patet, quanti scrupuli orientur, & quantæ conscientiae inuenientur illaqueatae, si hæc Constitutione efficit vsu recepta in Religiobus: nian vigore istius Bullæ nullus Superior, nec illius Conventus potest ex causa, quantumcumque iusta, de- licientiam alicui Religiolo ad dandum munus ali- quod, nisi causa ipsa cognoscatur in capitulo gene- rali, & vnam omnium conuenientib; ibidem appro- betur: quæ quidem omnia credere ferè in omnibus Religiobus non observari, etiam in Observantibus. Dicendum est igitur, vt suprà notavimus, hanc Con- stitutionem non esse vt plurimum apud Religiobus vsu receptam, & approbatam, salvo tempore, &c. hic dicitur. Sed ex ista quæstione oritur alia. Quæro igitur.

R E S O L . IV.

An cognitione quantitatatis munieris largiendi spe- cietiam ad Capitulum Generale, vel ad coen- Conventus, & Superiores spectare, & eorum arbitrio relinqui quantitatem doni largiendi? Ex part. 1. tr. 6. Ref. 3.

§. 1. **R**Espondeo negatiuè: nam ad ipsum (vt. f. 107r) præ dictum) spectat tantum cognitio, & determinatio iustæ causæ dandi munus. Q[uod] arc. c. 1. à iure communi non sit recessendum, nisi quatenus nouum cogit; dicendum est, sub cenfura Sedis apostolicæ cognitionem, & determinationem ad eoden Conventus, & Superiores spectare, & eorum arbitrio relinqui quantitatem doni largiendi, cum in contextu Bullæ non determinetur, quod sit munus notabile, & quod leue, sive munuculum: & sic Capitulum generale Dominicanorum, anno 1596. declarauit iustas causas largiendi munera; non autem quantitatem eorum. Hæc omnia inuenientur apud Villerum vbi suprà, n. 49. & 50. Et quia codex rarus est, Author doctissimus, aliqua ex ipso libente ad- ducam. Si scire cupis causas approbatas à dicto Ca- pitulo Dominicanorum, hæc sunt. Prima est gratia- do: Secunda, conciliatio benevolentie, aut euidem conservatio; in ordine tamen ad Religionem, vel Conventum, vel in ordine ad bonum suum respectu sive ipsius. Tertia, pietas in parentes, & consanguineos visque ad quartum gradum inclusive. Quarta, redemptio vexationis. Sed declaranda sunt aliae circa quantitatem ipsam munerum. Quæntur igitur.

R E S O L . V.

Quanti valoris debeant esse munera, ut licite sint, & non sint contra hanc constitutionem? Ex part. 1. tr. 6. Ref. 4.

§. 1. **P**relatos regulares posse sibi, & suis conce- dere licentiam donandi visque ad decem au- reos pro causa pia, & rationabilis, v.g. pro pauperibus, pro nupciis cognitorum, pro gratificatione benefi- ciorum, &c. testantur Fagundez de Praep. tradi. lib. 8. c. 6. n. 12. C orduba in sum. q. 54. Lopez p. 1. structio. c. 1. 5. 2. Ioan. de la Cruz de statu Relig. lib. 3. c. 1. p. 3. dub. 1. n. 1. 6. 2. 2. Sed, cum hoc a iure non sit determinatum, de- que in hac Constitutione Summus Pontifex aliquid decernat, arbitrio Superiorum hocesse relinquitur.